Tabula Generalis ac Mare magnuꝫ Scotice subtilitatis octo Sectiōibus vniuersaꝫ

Doctoris Subtilis Peritiā complectens miro Ar-
tificio elaborata ab Excellētissimo Docto-
re Antonio de Fantis Taruisino pri-
mario eius Inuectore ac Sco-
tice Discipline Il-
lustratore.

Iulij Bordoni Patauini Liberalium Disciplinaꝝ Cultoris ad Lectorem Epigramma.

Lydius Aurifera frustra est Pactolus Arena:
  Queqꝫ venit rubro Bacca rotunda Sinu.
Quicqd inaccessa seruatur Rupe Smaragdi:
  Ultima quod Solis India mittit Agris.
Has nisi Nature Latebras Industria vincat:
  Ex quo Nominibus candida Fama venit.
Aurea quid Scoti fuerant abstrusa Metalla?
  Quid ve ignota grauis gemmea Dicta Uiri?
At postq̄ exhaustos multa sub Nocte Labores
  Contulit ad Studij feruida Uota sui.
Fantis ab occiduis aeoas notus ad Undas
  Qua Boreas rapido Frigore torret Humum.
Iam tum siderei fulserunt Oris Honores:
  Et Scoto redijt: qui fuit ante: Nitor.
Quisquis es intrepidā duc per Freta limpida Cymbaꝫ:
  Condita sunt proprijs Dogmata queqꝫ Locis.

Cum Gratia & Priuilegio.

Antonius de Fātis Taruisin⁹ Liberaliū Disciplinaꝝ Doctor Reuerēdissimo atqꝫ Sapiētissimo Dño Dominico Gri
mano Epō Cardinali Sācti Marci Aquilegiēsi Ptriarce ⁊ Seraphice Religiōis Protectori. atqꝫ Sacratissimo Ue
netiaꝝ Patriarce Dalmatieqꝫ Primati Antonio Cōtareno. ⁊ Celeberrimo Corcyrēsi Archiepō Christophoro
Marcello. Integerrimoqꝫ Athenaꝝ Archiepō Urbinīqꝫ Presuli Magrō Antonio Trōbete. Percelebriqꝫ Bu
duēsi Epō Magrō Hieronymo Magnano. ac Uenerādis sacre Theologie Professorib⁹ Magrō Bernardino
de Cherio Ordis Minoꝝ: necnō Magrō Angelo Aretino Ordis Seruoꝝ Generalib⁹ benemeritis humilē. C.

Sepenumero mecū ipse cogitans Patres optimi celebrē illam Chrispi sentētiā. Omnes homi
nes qui sese student prestare ceteris animantibus summa ope niti decet: ne vitam silentio tran
seant veluti pecora: que natura prona ⁊ ventri obedientia finxit: fecerim ne satis longe ambi
go. quandoquidē preter dialecticas ⁊ Philosophicas necnon Methaphisicales atqꝫ Theo-
logicas Lectiones in Patauino Gymnasio pluribus annis cultoribus expositas: his in belli
ce calamitatis temporibus in tantoqꝫ gymnasiorum ⁊ Uirtutum omnium naufragio scriben
di ocium nactus: solus ipse paruo Phasello fretum insolitum scotice Charybdis ⁊ inten-
tatam profundissime Subtilitatis abyssum nauigare contenderim. quam nemo sane vel
prisce vel nostre tempestatis quantocunqꝫ Ingenio ⁊ eruditione preditus hec ad vsqꝫ tempora tentasse au-
sus est. qua in re Pythagorico admonitus instituto. ne te prius molli somno tradideris q̄ diurna Opera ter men-
te reuolueris. Uos qui clarissimo Uirtutū vr̄aꝝ splendore moꝝqꝫ omniū integritate nostram tempestatē illustra
tis consulturos percensui: qui hac in grauissima scotice Subtilitatis enodande Prouincia vniuersa nō solū totius
Theologie volumina super Sententias ab innumeris erroribus nuperrime absoluerim: verum pro commu-
ni Studiosorum omnium fruge litteraria generalem Indicem octo Sectionibus distributum totius peritie Sco
tice flosculos complectentem fuerim Deo fautore permolitus. quo digniora cognitu doctrinali Ordine dige-
sta facile comprehenduntur: ex his presertim Sententiarum voluminibus anglicanis: in quibus approbatior ⁊
locupletior Doctoris intentio Scoticeqꝫ Subtilitatis apex ⁊ secretiora Deitatis mysteria continentur. admira-
bili adeo Speculatione supra mortalium Ingenia elucubrata: vt in difficillimaruꝫ questionum Decisione abditissi
marumqꝫ subtilitatum perscrutatione: necnon diligētiori oīumi Uigoris ampliandi cura tam circa secretiores di
uinarum personarum Origines q̄ totius vniuersi mirificam efficientiam: cui conferendus sit: facile sit nemo. nā quis
in dialecticis argumentationibus acutior: quis in peripatetica Philosophia profundior: quis in sacris enodan-
dis mysterijs vigilantior: cuius rei singulare indicium est irrefragabilis vbiqꝫ ipsi⁹ adeo ventilata Subtilitas ⁊ cele
brata Sapiētia. ut quom plurima excellentiuꝫ Uirorum volumina in publicis cōcilijs dearticulata fuerint: eorūqꝫ
articuli sub excōicationis nota fuerint promulgati: candidissima Doctoris Uolumina absqꝫ vlla erroris caligine
hūc vsqꝫ in diem inuiolata permanserunt. verum ne Solem facibus illustrare contendam. vnde digressa est oratio
reuertar: fecerimne igitur satis Patres integerrimi: vt ad rē ipaꝫ propius accedā: vniuersas in omnibus Doctoris
Subtilis voluminibus disputatas Materias prima in Sectiōe Indicis litteraria serie annotasse: In secundo ve
ro ordine decisas a Doctore Subtili conclusiones circa pertractatas Materias disposuisse: quibus perlectis am
plissimam non solum Questionum disputatarum copiam Studiosi percipient: verū sensus abditissimos in Sco-
ticis Conclusionibus plerosqꝫ latentibus maxia cū dexteritate contemplabūtur. In tertio vero Indicis ordine pre
cipuas Entiū diffinitiones: ⁊ in quarto subtilissimas Doctoris diuisiones ex omnibus Uoluminibus cōgessisse:
quarum cognitio facilem Studiosis aditū prestabit ad omnes capescendas eruditiones. in quinta deinde Sectio
ne Operis admirabiles in explicādis rerum omniuꝫ proprietatib⁹ Regulas: ⁊ infallibiles in sexta Doctoris propo
sitiones collocasse: tanquam certissima Theoremata pro decidendis conclusionibus ex philosophie penetralibus
deprompta. quorum irrefragabili robore adeo munietur disputantis ingenium. vt primis fere congressibus Sco-
tice discipline Aduersarij stupeant ⁊ penitus obmutescant. ac si visu Gorgoneo verterentur in lapides. in septi-
ma vero Sectione innumeras Sanctorum interpretum propositiones ancipites: fereque contradicentes adin-
uicem enunciationes Augustini videlicet Anselmi: Damasceni: Hylarij: Gregorij: ⁊ Ambrosij: singulari Do-
ctoris expositione dilucidatas inseruisse: nam vt Pauli vtar adagio: littera sepius interficit: spiritus autem expo-
sitione lēviuificat. Ueruꝫ ne solis Sanctorum auctoritatibus expositis frugem cultoribus attulisse viderer. Diffi-
ciliores etiam triplicis Peripatetice Philosophie Aristotelis ⁊ Auerrois inuicem aduersantes ab ipso Doctore
Subtili miro Ingenio expositas adiūxisse: ne vlterior dubitādi locus aut errādi occasio Philosophie nauantibus
occurreret: eaqꝫ scribendi Ratione ductus. vt quantum in omni Disciplinarum genere Doctor floruerit: quantūqꝫ
peripateticis Auctoritatibus ⁊ philosophie penetralibus abundauerit. cum proprium intentum eis approbando:
tum primo aspectu nonnullas in verbis Propositiones aduersantes subtilissime exponendo Studiosi neduꝫ ipsi
Titanes cognoscerent. qui ausu quopiam fere temerario angulariter perstrepentes in tantū Uirum sepissime pro
rumpuntur. in octaua demum Sectione Indicis: quo vberrimum nostri Laboris fructum Studiosi reportarent:
omnigenamqꝫ Scotice contemplationis frugem: preter ea que in superioribus digesta sunt: precipuas Doctoris
Sententias ⁊ subtilissima omnibus in Disciplinis prologuia tanq̄ preciosa Speculationū fragmenta collegisse: ne
vlla Doctoris opinio quantuncunqꝫ probabilis deesse lectori videretur vel ipsius Animum redderet ancipitem.
quibus profecto nonam superaddere Sectionem fere decreueram innumeras Doctoris controuersias ⁊ inextrica
biles abditissimarum Speculationum contradictiones cōplexuram. vt solertiora litteratoꝝ Ingenia tanq̄ acerri
mū Calcar excitarent. verū qꝛ mali naturā sapit cōtradictio: eā iusta de cā pretermisimus. quo magis sincerā clariqꝫ
Doctoris itelligētiā Professores assequerentur: nā si eas lectitarēt isolutas: preterita potiusq̄ erudita ipsoꝝ Ingenia p
manerēt acrioribusqꝫ Aduersarij cōtētionū repagulis ⁊ Cauilloꝝ offendiculis in Scotū cōcitarent. si vero eas di
ligēti expositōe resolutas edidissēꝫ maius sane Uolumē q̄ vnicā Sectionē expostulassēt: alias forsan bonis Ausp⁹
lectitādū. hunc itaqꝫ Patres optimi generalē Indicē octo Sectionib⁹ clariorē Doctoris itelligētiā cōplectenteꝫ
maximis sane Laboribus edidimus secūdis mō vr̄is Auspicijs in lucē pditurꝫ. q̄ quom fulgētissimo Uirtutū vr̄aꝝ
splēdore fuerit approbatus ⁊ irrefragabili vestra oīum auctoritate pteetus: ad imortalitatis Auras efferet nullis
parpyraꝝ liuorib⁹ ificiēd⁹. Ualete Prēs itegerrimi. meqꝫ oīb⁹ i Uotis ⁊ iussis vr̄is obsequētissimū habete.

Dominicus Grimanus Episcopus Cardinalis Sancti Marci Seraphice Religionis Protector Excellenti Doctori Antonio de Fantis Taruisino. S.

Gratissimas Petitionis tue Litteras alacri Animo lectitauimus. opusq̧ tuum diligenti Cura immensoq̧ Labore elucubratum perlegimus: Indicem sane Litterariis omnibus apprime lectitandum omnigena Scoticarum Subtilitatum Copia adeo refertum vt Exhortatione potiusq̄ consilio dignus sis. quo tam elegans tam perspicuuz tamq̧ Studiosis omnibus frugiferum Opus in Lucem prodeat nemine antea excogitatum. Idq̧ profecto Scotica Subtilitas Profundaq̧ tantarum Speculationum copia ita resolutum summopere videbatur expostulare tantoq̧ gratius omnibus perlegendū: quāto propriis in Sectionibus vniuersaz Doctoris Subtilis Peritiā fueris complexus. ea laudabili Ratione ductus: vt ne dum tibi ipsi verū Patrie τ amicis more Platonico natus esse videreris: quam sane laudamus: approbamusq̧ laboriosam absit susceptam Prouinciam deprauata non solum totius Theologie Volumina Doctoris Pristine integritati restituisse: verum etiam tanto artificioso Indice Subtilissimam Joānis Scoti Facultatē omni ex parte dilucidasse. vbi non solum perspicacis Ingenij tui Solertiaz Eruditionisq̧ exuberantiam ostentasti: verum Litteratos omnes presertim Seraphice Religionis professores ꝑpetuo gratitudinis Vinculo τ memorabili Munere deuinxisti. quom nihil humano Generi iucūdius nihilq̧ prestantius mellifluis Virtutuz Fructibus offerri possit: nullusq̧ suauior Animo cibus est q̄ cognitio Veritatis. omnisq̧ mortalium Labor inanis sit ac detestanda Prouincia: quandoquidem nobiliorem Anime Portionē extorquētes abiecto saluberrimo Sapiētie Suffragio tāq̄ cādidissimo Deorū Munere ad ipsa sensibilia sese adeo conuerterint. vt quid ipsimet agant: quid ue appetant: quod τ Belluis etiaz cōmune non sit haud facile diiudicent. Anima nāq̧ quom miro Dei opificio ad ipsam Creatoris Imaginem condita sit tanq̄ Nature vtriusqz superioris τ inferioris Nexus: ipsam sane imitari: in ipsumq̧ Diuinitatis Exēplar sese transformare debet. quo tenebrosa Corporis aliquando seclusa Caligine munuscula Beatitudinis in puriori Seculo adipiscatur. vbi nullis humanorum Sensuum Illecebris nullisq̧ arridentis Fortune Suffragijs: verum solo felicitantis Vise Intuitu opere precium est τ consumata illius summi Boni Fruitione tanq̄ suprema laudabilium Actuum huius seculi Mercede. tantoq̧ Vnusquisq̧ maiorem sibi Gloriam comparabit: quanto magis ipse non solum preclaris Virtutibus Operaz dederit: verꝫ etiam capescēde Sapiētie Occasionem multiplici Disciplinarum Expositione Studiosis attulerit. quorum sane laudabili Nūero tu haud immerito adscribendus es. quom nō solū assiduis Studiorꝫ tuorꝫ Laboribus in capescendis Virtutibus mirum inmodum profeceris: verum etiam eas affluentissime in Lucem exposueris. easq̧ precipue subtiliores Animi Theorias a Subtilissimo Doctore lucubratas. Qua de re te plurimum admoneri velim: nec prorsus ab Instituto nostro esto alienus. vt susceptos huiuscemodi Labores pro communi Litteratorꝫ Vtilitate in dies prosequaris: nam τ Studiosos omnes incredibili Beniuolentia deuincies: τ immortalez tibi Gloriam comparabis. Vale. Rome. VI. Kal. Junias. M.D.XV.

Antonius Contarenus Dei Gratia Venetiarum Patriarcha Dalmatieq̧ Primas Eximio Antonio de Fantis Taruisino. S.

Cum magnas Gratias illis habendas censeam: qui artibus τ Disciplinis excogitatis atq̧ repertis humano ita Generi consuluerunt: vt recte commodeq̧ viueretur: longe maximas illis habendas semper duxi: qui illas protulere Scientias: quibus homines veluti quibusdam alis suffulti non in terram depressi Brutorum more vitā agerent: sz in Celum suspicientes Originez suam inde esse cognoscerent: vbi summo Bono que Dei contemplatio dicitur verissime fruuntur hi: qui Decore atq̧ integerrime hoc p̄sentis vite Spaciū decurrere. hos inq̄ omni laude τ Preconio dignos arbitror: his. n. tanq̄ Ducibus ad cognitionē Dei ipsius euecti cū Deo coniungimur. Sed cum pauci quos equus amauit Juppiter: vt ait Poeta admoduz sint: qui per se abditam Authorum scientiā noscere valeant. quin immo Peritissimo τ fido Interprete sit opus: quoniaz Naturalium τ Diuinarum Rerum scientia in occulto latet: τ Doctores ipsi res suas tanq̄ in Tēpli quodam Penetrali occulentes nō nisi his patere voluerint: qui anxij multijuga τ varia fuerint cura τ Studio agitati: nonne his plurimum deberi fatendum est: qui perplexa τ inuoluta coruz Loca dissoluentes aperta τ manifesta vnicuiq̧ esse faciunt? proculdubio nos tanto his magis debere existimo: quanto aperta Ratio τ dilucida inuolute prestat τ obscure. Ex quo Ingenium tuū τ industriā Vir Consumatissime non possum non probare: probandoq̧ admirari: cum videam his omnibus pretermissis que vel per se nota vel alioruz Lucubratione enodata: alij nouis Editionibus interpretēda assumunt: te Joannis Scoti omnium Philosophorum τ Theologoruz Acutissimi Metaphysicen enucleare aggressum: ac iā te ea edidisse Commentaria: quibus reconditissimos ipsius Scoti sensus τ altissima Diuinitatis Archana valeant per sese Studiosi addiscere: prius tū ꝓfessi q̧ legant Scoti Metaphysicen: q̧ itelligāt: q̧ delectent: q̧ gaudeāt: id totū tibi τ Ingenio tuo debere. Nā Subtilissima Doctoris Volumina: vt ingenue fatear: tanq̄ senio quodā τ Situ obsita in tenebris hucusq̧ latuere: τ a nullis fere legebantur: quoniam qui Operā τ oleum (vt dicitur) in non intellectis vellent perdere: vix reperiebantur: Transactis vero temporibus si qui excellētes Interpretes fuere qui plurimi certe fuere occultissimi τ implicatissimi Authoris lectione ceu Sphyngis Enigmate perterrefacti desperantes Exitum neglexere. Sed tu omnium Studiosorū verissimus Cōsultor affuisti qui omnibus Opem ferres: τ ipsum Authorem ex Tenebris veluti ex morte in Lucē vendicares. Ex quo intelligi potest quantū Scientia ceteris antecellas: cum solus: que nulli alij: tu facere potueris. Merito igitur te quasi Parentē quendam Scientiarum debeo appellare: quem tantum Laudo τ admiror: vt quod Apollonius molo Teste Plutarcho de Cicerone dixit Latinos. s. τ Grecos eloquētia superasse: te omnes Artium τ Philosophie scrutatores (inuidia Verbo absit) superare contendam: Perge igitur: τ quod sapienter facis omnibus consule: quandoquidem viuitur Ingenio: τ eas Scientias sequeris: quibus celestis Aule porta legentibus verissime apperitur. Vale.

Christophorus Marcellus Archiepiscopus Corcyrēsis Antonio de Fātis Doctori Peritissimo Bene agere.

Audatissimum ac extra omnis Equiparationis Aleam positum Joannis Scoti Ingenium non Opus est modo: vt Laudibus extollamus Doctor eximie: sed Doctrine illius Cultores assiduos cōmendemus ⁊ presertim eos: Qui Diuinorum rerum abdita ⁊ profundissima: eo duce: nitūtur explicare Mysteria. Qualis es tu: Qui ab Incunabulis Scotice Familie adscriptus: i eousq; adeo profecisti. vt quicquid tuo ex Ore decidat: id quisq; ex illius Minerue depromptum intelligat: neq; vlla in re vnq̄ magis tuū valeas Animum occupare. Quo factum est: vt quum tot Annos que tam Sublimis Doctor ediderit Mēdis vbiq; depravata ac indigesta iacuerint: ita tu emēdaueris modo: atq; digesseris: ut tibi in Laborum tuorū Premium veluti Obsidione maxima liberata Coronam gramineam debeant: qua apud priscos illos Romanos obsidionum Liberatores donari solebant. Debet igr̄ tibi eius operis Author: nō tenebricosus amplius sȝ lucidus ⁊ apertus. Debēt huius familie Professores. qui dū Indicē tuū diligenter inspexerint: Scotum ipsum anteq̄ videant totum sese lustrasse cōiicient: tam pinguis tamq; concinna est tua hec Editio: ⁊ Scoticarū omnium Ambagum resolutoria. Emerunt incredibili precio ⁊ Plato Philolai Pythagorici libros: ⁊ Speusippi Maximus Aristoteles: vt i suis florerent Achademijs. Quāto magis paruo Ere tā bene castigatus: tamq; optime tua Opera effigiatus emendus est Scotus? Qui gratis cuiq; nō datus: sed potius deditus tanq̄ preciosissimus Thesaurus habendus est: ac in postremo totus (si fieri possit) Mentis Sacrario collocandus. Vale.

Antonius Trombeta Archiepiscopus Athenarum: ⁊ Episcopus Urbinas Antonio de Fantis Taruisino Liberalium Artium Doctori Viro Eruditissimo. S. P.

Vidi ⁊ perlegi opus tuum: quod nupertime in Doctrinam Doctoris Subtilis dilucidandā edidisti: non tam omnibus vtilissimum sequentibus viam Doctoris q̄ gratum ⁊ Jucundum Eruditione: ⁊ singulari Doctrina tua refertissimum: quo non solum alios qui Difficultates in Doctore Subtili cum in Theologicis: tum in alijs enodare temptarunt: ⁊ qui multa in eodem Doctorem Scripta exararunt superasti excelluistiq; verum etiam teipsum omni ex Parte clariorem ⁊ Doctiorem luminatissima quadam Doctrina ostētasti: vt Nomen tuum: in hoc Opusculo ⁊ in Dilucidatione eiusdem Doctoris semper posteritas Jmmortalitasq; tuebitur: ac confouebit. sed hoc non possum non vehementer admirari Opera Doctoris per manus tantorum Doctissimorum Virorum peruasisse ⁊ tam oīa depravata: et mendosa latuisse: Illud in primis atendendum est non tam antiquioribus Exemplaribus cōfidendum q̄ Veritati: ⁊ consonātie ad principia Doctrine Scotice oculos ⁊ aciem Mētis cōiiciendam fore: nō minus hec tēpora nostra Viris preclarioribus in omni genere Doctrine floruerūt: q̄ priscis temporibus legimus floruisse: ⁊ te in hac mea Sētentia Teste vtor: ⁊ aduoco: quicquid sit laudo: ⁊ approbo: Labores ⁊ lucubrationes tuas circa Doctorem nostrum: pro quo tibi agende sunt Gratie plurime: qui sicut in Doctrinis alijs legēdo publice ⁊ disputando frequentissime cum omnium Admiratione ⁊ tui Honore in studijs plurimis Litterarijs perfecisti: ⁊ delibamenta Subtilitatis Jngenij tui perfudisti: sic zelo Doctrine nostre ipsam Doctrinam resecatis Sentibus: floridā dilucidāq; reddideris: ⁊ quodāmodo e Sepulcro latebroso in verā ⁊ clarissimā Lucē excitaueris. Vale.

Hieronymus Magnanus Dei ⁊ Aplice Sedis Gratia Episcopus Buduen̄. Sacre Theologie ⁊ Decretorum Doctor Eximio Diuie Philosophie Interpreti Phisicoq; Professori Antonio de Fātij Taruisino. S. D.

Exigis a me Eruditissime Doctor vt de Lucubrationibus tuis Sententiā feram. Verū alijs curis distractus: ⁊ si singulis insistere minime valeam: proferam tamen citra oīum Assentationē q̄d ingenue sentiam. Non enim mihi videt tibi Theosophie studiosissimus debere: q̄ Decij Scipionibus siue Camillis Roma. vel Duces Cesari Anibali aut Alexandro debuerint. Debent proculdubio bonarum artium Cultores Prisciano: nec minus Ciceroni (vt a primis Erudimētis exordiar) qui apte ac eōcine Verba facere docuerunt. Debent Aristoteli qui absolutius logicē ⁊ philosophiam enudeauit. Debēt Principi Auicēne. Debēt Plinio qui studiosis indicibiles Labores ademerūt. Debēt Euclidi qui Mēsuris ⁊ Numeris oportūa meritur. Debēt Ptolomeis qui miro Ingenio terras Mariaq; nec non ⁊ Sydera ⁊ orbes celicos breui Tabella posteris lustranda subiecere. Debent Herodoto ⁊ Liuio nostro ceterisq; qui Res gestas veluti presentes ostendūt. Debent Homero ac Vergilio ob poeticam Jucunditatem ⁊ mirā Eruditionem. Debent Justiniano Augusto nec nō ⁊ Gratiano Monacho vtrūq; Jus felicius cōplectentibus. Debēt Hermeti ac Platoni qui diuina ex Philosophis studiosius rimati sunt. Sed he Hominū partes fuere. Verum enim vero hebreis ac Christianis Theologis lōge magis tenent veluti qui ob morum Probitatē diuinitus afflati inscrutabilia summe Deitatis Archana: que ad bene beate semperq; viuēdum optime cōducunt: mortalibus propalarūt: quatenus Diuinitatis Cōsortes felicissimi euaderēt. At eorūdem fidos Interpretes iuxta eos haud immerito locandos censemus: inter quos Joannes Duns Scotus nuncupatus nequaq̄ postremas optinet Partes: si Aquilinū Intuitum. si digestum Studiū obseruemus. Cuius perfecto acutissima Dogmata Antoni suauissime tu adeo culte adeo studiose splendideq; illustras: vt nil oportunius: nil exactius nil postremo absolutius optari queat. Caue igit caue mi Antoni ne Thesaurū ipsum inuide abdas: sed vti benemeritus de Re litteraria potissimū diuina ad plurium cōmodum promptius edas. Vos itaq; Scotice Theosophie Emulatores studiosissimi inter quos Acies aliquādo Tyrunculus acrius militaui: lȝ ad Onus pōtificium assumptus Factionū inmemor dedicerim nullius addictus iurare in verba Magistri: preterq̄ a S. Ro. Ecclesia comprobati: habetis iā in hac felici Editiōe quod tota Mēte precabatis: vt paruo Ere breui recto faciliq; Calle Scotica eminētia potiremini. Agnoscite igit q̄tum Antonio Duci vestro debeatis. Valete iam optime ⁊ proficite. Et tu mi Antoni diutissime Sospes valeas. vt in dies potiora feliciter cudantur. Rome ex pontificijs Edibus. iiij. Idus octobris. Anno Salutis Christiane. M. D. XV.

Bernardinus de Cherio Sacre Theologie Professor Seraphice Religionis Dei Gratia Generalis Eximio Doctori Antonio de Fantis Taruisino. S.

ET si varia suffragiorum ope mortalium plerosq; Natura conciliauerit. nulla tamen maiori arbitror q̄ eos: qui nitidissimo Sapientie splendore supremam hominis portionem illustrauerint: bonisq; Litteris animū instituerint: Charitate deuinxit: nam quom suprema Rationalium perfectio nullis sensuum Illecebris nullis Fortune diuitijs nullis de Imperādi Magistratibus vendicetur: veluti summum bonuz naturali Rationis dictamine expetendum: sed solis Uirtutum auspicijs ad increate Lucis intuituz deducimur tanq̄ gratissima Laborum nostroruz fruge perfruentes. eo tēdendum est ibiq; totis Ingenij viribus enitenduz: vt solis Anime rationalis potentijs abiectis caducis Corporis oblectamētis Archana Deitatis mysteria inuestigemus Aristotele Auctore primo diuine Philosophie. nam si omnes homines natura scire desiderant: ⁊ maiorem Rerum notitiam magis appetere: maximam vero non solum exoptare verum toto Animi conatu sibi comparare tenentur. quam sane Ethicorum decimo solā eternoruz Sapientiā esse persensit: actuq; Sapientiali humanam esse collocatam Felicitatem. tantoq; mortalium vnusquisq; maiori Laude dignus existimatur quanto veriori Scibiliuz Speculatione superioreʒ Anime portionē ad ipsam lucem Increatam conducit: ⁊ veram Sacratissime Trinitatis Imaginem complectitur: que quom equo Animo mecū ipse repeto ⁊ si Clarissimi in omni Uirtutuz genere Uiri hunc vsq; in diem floruerint. qui vniuersam ferme Naturaz multiplici Speculationū genere fuerint perscrutati: nōnulli Matematicis indulgētes omnigenas Numeroruz magnitudinūq; primo aspectu admirabiles Proprietates. nōnulli solam virtutuz moraliuz Energiā: nonnulli naturalium Rerum motibus ⁊ sensibilibus innitentes Principijs inferioreʒ naturaʒ scrutari voluere: nōnulli vero fortiori Fidei suffragio q̄ debili Sensuū adiumento in veriorē ampliorēq; Sapientie callem deducti sunt. qualeʒ inter ceteros Ueritatis exquisitores Joannem Scotum (pace omnium dixerim) Subtilissimuʒ nostre Religionis decus eximiuʒ ducimus extollendum. qui difficillimas reʒ omniū Questiones ⁊ latentes intelligibiliū proprietates mirabili adeo Speculationū subtilitate indagauit: vt quis in Dialecticis acutior aut Phisicis vel Orthodoxe fidei Dogmatibus enodādis vigilantior fuerit: pauci admodum vel nemo sit: qui tantam Intelligētie frugem mortalibus attulerint. verum q2 subtiliora ipsius Theologie Uolumina supra Sententias hunc vsq; in diem innumeris Scriptorū ⁊ Calcographoruʒ Scatebant erroribus: pluriműʒ Sane gratulor te non solū vniuersis Doctoris Uolumina Pristine integritati restituisse: verū lōge maiori Gaudio afficior immo tibi debeo plurimum: qui difficillimas. Doctoris nostri Speculationes in claraʒ nitidāq; Intelligētiam pro communi Studiosorum vtilitate miro Ordine redegeris artificioso Indice excogitato adeo Studiosis omnib9 periucundo: vt pre ceteris nostraʒ Seraphicam Religioneʒ tibi summo Beniuolentie vinculo scias deuinxisse. quā tu semper eam in numeris Uirtutum tuarum Preconijs non soluʒ tutaueris: verum singulari hoc Doctrine munere tibi perpetuis temporibus obnoxiam dedicamq; reddideris. Uale.

Angelus Aretinus Sacre Theologie Professor Ordinis Seruorum Dei Gratia Generalis Clarissimo Doctori Antonio de Fantis Taruisino. S.

EGregium Indicem tuum artificiosissime elaboratum lectitauimus in quo mirificuʒ Scotice Sapientie Munus Studiosis omnibus obtulisti: summisq; Studioruʒ tuorum Laboribus vniuersam adeo complexus es Doctōris Subtilis Intelligentiam ⁊ vt quid vltro expetendum sit non facile iudicetur. quod cum mecum ipse cogito quanta hunc vsq; in diem Errorum Caligine Scotica Uolumina scatuerint. ⁊ absq; Lege ⁊ Ordine Studiosorum Ingenia subtilioris Peritie cupida in quoddam Chaos abditissimum: Inextricabilemq; Labyrinthum deduci videbantur. tum q2 Scotice Sapientie splendor Errorum opacitate obtundebatur. tum quia solertissimo quopiaʒ Duce tanteq; subtilitatis Illustratore opere precium erat. qui profundissimum Scotice Intelligentie Pelagus multiplici Speculationum Difficultate turbidum in claram nitidamq; Speciem converteret. vtrumq; sane solertissimo Ingenio tuo pro communi Studiosorum omnium Utilitate exactū fore clarissime percepi. quom vniuersa Doctoris Subtilis Theologica Uolumina pristine Integritati restitueris ab omnib9 equo Animo lectitanda. Generaliq; Indice subtilissimam Doctōris Periciam octo Sectionibus fueris complexus. neq; calamo explicare licet: quantam studiosis omnibus frugem attuleris: eosq; ab innumeris mentis Anfractibus ⁊ Laboribus eripueris. quandoquidem immensum Scotice Sapientie Thesaurum Indice tuo Generali cōplexum liberalissime fueris adeo elargitus. vt omnigena Litteratorum Copia tibi debeat plurimum. nam Scotice Discipline Professores quanta Laborum tuorum gratitudine deuinxeris: quantaq; Scotice Speculationis Aduersarij te Beniuolentia prosequi debent Nemo ambigit. quom in plerisq; Materijs difficilib9 cōtra ipsuʒ Doctorem ab re sepissime dubitauerint ob subtilissimā Opinionis ipsius Latentiaʒ. nunc vero Scotice Disciplinē cupidi summa cum Ingenij dexteritate nec non Intelligentie Claritate proficient. Euidentioremq; ab hoc Dogmate alieni disputādi occasionē habebunt. vt Sisiphi More imensuʒ Pondus eis iminens ammouere pretēt. Uale.

Admonitio.

Cautum sit Unicuiq; ne per Decennium Theologica Doctoris Subtilis Uolumina neq;
hunc eorum Indicem generalem Formis excudat ex Gratia a Summo Pontifi
ce Leone Decimo: atq; Reuerendissimo Uenetiarum Patriarcha Dal
maticeq; Primate Antonio Contareno cōcessa: ⁊ Priuilegio
ab Illustrissimo Uenetorum Dominio sub
Pena pro vt continetur
in Bullis.

Elucidaturus abditissima Joannis Scoti Volumina Lector candidissime pro communi Litteratorum omnium Fruge hac in generali Tabula et mari magno Scotice Subtilitatis equum putavi singularem procedendi Seriem circa digniora cognitu Scibilia observari. Veteri namque Adagio dici solitum est: maximum Intelligentie robur cognitorum Ordine comparari. et Instituto diligenti Scibilium Nexu convalescere et augeri memoriam. Quamobrem hoc in profundissimo Scotice Discipline enodande Pelago versatus: octo Sectionibus Opus hoc partiri constitui. quo facilior eruditionis Aditus Philosophie Cultoribus prestaretur. In cuius primaria Particione quascunque disputatas ab ipso Doctore Subtili vel pertractatas Materias ex omnibus Theologie Voluminibus anglicanis disposui. quo in primo Indicis Ingressu clarius elucesceret de quibus habendus Sermo sit. et pergrandes rerum Difficultates inquisituris quid et quo in Loco pertractetur unaqueque Materia clarius occurreret. Cuius rei causa facile conjicitur. Nam quis diligenti Cura nonnullas Dubiorum conclusiones investigabit: quandoquidem proprius Materie differende Locus eum latuerit: vel ipsamet materia necne alicubi ab Auctore discutiatur: veluti longe deridendus accederet qui peripateticas de divinis Personarum Originibus conclusiones ab Aristotele decisas queritaret: quandoquidem sacratissima Personarum Trinitas in unius Esse indivisione: ad mirandaque ipsarum ad invicem Origo philosophia omnibus nedum Aristoteli occulta penitus extiterit. Quare non immerito amplissimam disputatarum Matericrum annotationem prima in Sectione alphabetica Serie collocavimus. qua universas a Doctore Subtili pertractatas Materias in quo Sententiarum Volumine qua operis Distinctione et questione Studiosi facile percipient. noverintque licet hoc in Ordine solam Doctoris Indaginem dubitatorum. precipuam tamen eiusdem Intentionem decisasque Conclusiones in sequenti Sectione speculabuntur. Eaque ratione factum duximus. ne speculantis Ingenium plures in partes distractum tanta presertim Viri huius Difficultate confunderetur. veteri namque proverbio Pectora nostra duas nequeunt admittere Curas. verum hec in prima Sectione dubitatorum omnium Congeries seriatim occurret. In sequenti vero parte iuxta veriorem Doctoris intentionem decise Conclusiones Lectoribus patebunt. Eaque de causa magis elaborandum censuimus ut clariori Operis huius Divisione et ordine Scotica Subtilitas elucesceret: abhorrentes involutum Chaos plurimorum. qui suis in Tabularum Editionibus rudem indigestamque Scibilium mollem abortiuntur sat fecisse putantes nonnulla Auctorum dicta congessisse. que vero extiterit Matericrum inquisitio suis in Volumibus discussarum. que de decise Conclusiones: quibusque disciplinarum Methodis comprobate fuerint ab ipsis Auctoribus penitus (ut videre licet) ignoret. Quamobrem magnis sane Laboribus distinctiori procedendi Serie pro viribus universam Doctoris Subtilis Peritiam propriis in Partibus pro communi Studiosorum fruge digessimus. ut quid unaquaque in Sectione agatur clarius haberetur. brevissimaque temporis Intercapedine: modicoque perlecto Volumine Subtilissimam Doctoris intentionem studiosi perciperent. Hac itaque primaria Operis nostri portione de quibus agatur: que de subtilissime difficilium Rerum cognitu Questiones decidende sint omnibus in Sententiarum Voluminibus et quolibetis Clarissime intelligent. quibus inquisitis facillimus erit eorum aditus ad sequentem Sectionem decisarum Conclusionum ea investigandi serie inferius exponenda. Neque admirari quempiam velim me hac in Parte pertractatarum Matericrum nullam fecisse Mentionem vel allegationem Doctoris in Metaphisicis aut Dialecticis operibus suis vel reportatis Questionibus. quandoquidem universa Scotice Doctrine resolutio in Voluminibus anglicanis contenta sit. a certioribusque ad incertiora a determinatis ad problematica sese Lector converteret. quare lectitantis Ingenium hac speculandi Serie in certam clariorem rerum cognitionem facilius promovebitur. Eaque sane ratione etiam pretermisimus: quum hunc usque in diem depravata sint adeo illa Doctoris Volumina: ut studiosorum Ingenia nedum subtilitate Speculationis: verum etiam littere corruptione terreantur. Idque demum pretermisimus nam quam nobis occurret illa Doctoris Volumina (ut in dies denuo excudantur) in pristinam integritatem reducere consimili Indicis huius Ordine quecunque in illis cognitu digniora elucescent. clariorque et facilior erit Studiosorum Lectio et cognitionis affectatio. interim vero Lector candidissime amplissimum Limpidissimumque Scotice Doctrine pelagus equo Animo navigare contendas. qui quum hac nostra speculandi Serie profeceris: immortales rerum omnium Opifici gratias habeto. Vale.

Tabula Prima Materierũ Disputatarũ

Tabula Prima Materierum Disputatarũ

Tabula Prima Materierũ Disputatarũ

Christus nũquid sit aliquis duo. disputatur.6. Dis.3ᵃ.q.2. ⁊ quorum opinio sit tenenda.q.3.ibidem.
Christus nunquid sit predestinatus esse filius dei.disputatur.7.Dis.3ᵃ.q.3.
Christus nunquid sit filius dei adoptiuus.disputatur.10. Dis.3ᵃ.q.vnica.
Christus vtrum sit creatura.disputatur.11.Dis.3ᵃ.q.1.
Christus sm q homo nũquid sit creatura. disputatur ibidem.q.2.
Christus nunquid inceperit esse.disputatur ibidem.q.3.
Christus nunquid potuerit peccare.disputatur.12.Dis.3ᵃ. q.vnica.
Christo nunquid potuerit conferri summa gratia que potuit conferri creature.disputatur.13.Dis.3ᵃ.q.1.
Christus nunquid habuerit necessitatem moriendi.disputatur.16.Dis.3ᵃ.q.1.
Christus nunquid meruerit in primo instanti sue conceptionis.disputatur.18.Dis.3ᵃ.q.vnica.
Christus nunquid omnibus nobis meruerit gratiã ⁊ gloriam ⁊ remissionem culpe ⁊ pene. disputatur. 19.Dis. 3ᵃ.q.vnica.
Christus nunquid fuerit homo in triduo. disputatur.22. Dis.3ᵃ.q.vnica.
Christus in eucharistia existens nũquid possit per aliquã virtutem actiuam naturalem transmutare aliquid aliud a se. disputatur.10.Dis.4ᵃ.q.7.
Christus nunquid in humana forma iudicabit. disputatur.48.Dis.4ᵃ.q.1.
Cogitacio nunquid sit in potestate voluntatis ⁊ quomodo ⁊ qualiter ꝑt esse mala.disputat.42. Dis.2ᵃ.q.1.C.
Cognitio super naturalis necessaria viatori nunquid sit in sacra scriptura sufficienter tradita.disputat .2.q.pl.
Cognitio confusa et distincta pertractatur.3.Dis. ꝑ.q.2. j.K.⁊.27.Dis.eiusdem.q.1.
Cognitio actualis ⁊ habitualis qualiter sit i anima:⁊ qliter intellectus procedat de cognito ad cognitum subtiliter.pertractatur ibidem.
Cognitio intuitiua ⁊ abstractiua qualiter ponenda sit in anima.pertractatur.3.Dis.2ᵃ.q.9.B.⁊.13.q.q.L.
Cognitio intellectus siue intuitiua siue abstractiua quam entitatem habeat absolutã vel respectiuam:⁊ qualiter obiectum requirat:⁊ quam habeat ad ipsam rẽonem ⁊ qualiter mensuretur ab obiecto subtilissime disputatur.13.q.q.
Confiteri omnia peccata suo sacerdoti nunquid sit necessariũ peccatori ad salutem.disputatur.17. Dis.4ᵃ.q.1.
Confessio sub quo precepto contineatur ⁊ quid requirat ⁊ quid per preceptum ecclesie sit explicatuʒ. pertractatur.ibidem.A.
Confessor nunquid teneatur celare peccatuʒ in confessione detectũ in quocũqʒ casu. disputat.21. Dis.4ᵃ.q.2.
Conscientia nunquid sit in voluntate.disputatur.39.Dis. 2ᵃ.q.2.
Contradictio qualiter sit inter immediata.s.esse ⁊ nõ esse. ⁊ qualiter intelligatur fieri.pertractatur.2. Distinc.2 q.9.R.
Contingẽtia rerum in existentia nũquid possit stare cum certitudine ⁊ determinatione diuine scientie ⁊ voluntatis.disputatur.39.Dis.ꝑ.q.5.
Contingentia qualr sit in entibus . pertractat ibidẽ.C.
Conuersio accidentium precipue quantitatis in eucharistia quid sit ⁊ qualiter fieri possit in aliquid preexistens ⁊ a quo:⁊ nunquid sit annihilatio. disputatur .10.q.q.
Collectio partium materialiuʒ corporis qualiter fieri debeat in futura hominum resurrectione ⁊ a quibus.⁊ in quo loco.pertractatur.43.Dis.4ᵃ.q.5.A.
Commutatio negociatiua qualiter fiat .pertractatur.15. Dis.4ᵃ.q.2.S.
Corpus celeste nunquid sit essentia simplex.disputat.14. Dis.2ᵃ.q.1.
Corpora hominũ nunquid in statu innocentie fuissent immortalia .disputatur.19.Dis.2ᵃ.q.vnica.
Corpus xp̄i qualiter fuerit sanctificatum ⁊ non contraxerit originale peccatũ.disputat.3.Dis.3ᵃ.q.2.
Corpus xp̄i nunqd fuisset putrefactũ si resurrectio nõ fuisset accelerata.disputat.21.Dis.3ᵃ.q.vnica.
Corpus xp̄i nũ quid possit realiter contineri sub spẽ panis ⁊ vini.disputatur.10.Dis.4ᵃ.q.1.
Corpus xp̄i nũquid simul possit esse in celo ⁊ alibi localiter. disputatur.ibidem.q.2.
Corpus xp̄i:nunqd possit simul esse in celo localiter et in altari sacramentaliter. disputatur.ibidem.q.3.
Corpus xp̄i qualr possit esse in pluribꝰ locis per diuinaʒ potẽtiã sine ꝯdictiõe .pertractat ibidẽ.q.3.F.⁊.11.q.q.
Corpori xp̄i nõliter existẽti: ⁊ eidẽ sacramentaliter existẽti nuquid insint eedẽ ꝓprietates ⁊ partes.disputatur.10. Dis.4ᵃ.q.4.
Corpori xp̄i vt in eucharistia existẽti: nũquid possit inesse aliqs motus corporalis.disputat.ibidem.q.6.
Corpus xp̄i nũquid possit confici sola actione diuina.disputatur.13.Dis.4ᵃ.q.1.
Corpus hoĩs beati:nunqd erit ĩpassibile post resurrectionẽ.disputatur.49.Dis.4ᵃ.q.13.
Corpa beatoꝝ nũqd erũt agilia.disputat ibidẽ.q.14.
Corpus gliosum:nũqd erit claꝝ.disputat.ibidẽ.q.15.
Corpus beati:nũquid per dotẽ subtilitatis possit simul esse cũ alio corpore.disputatur ibidem.q.16.
Corpa plã.nũqd possint silr ẽẽ i eodẽ loco.disputat ibidẽ.
Corpus qualr se hẽat ad locũ siue in cõi siue in particulari.⁊ nũquid possit esse sine loco: qualitercunqʒ sumant corpus ⁊ locus.disputatur.11.q.q.
Cõsensus expssus p v̇ba:nunqd sit cã sufficiẽs mr̃monij. disputatur.27.Dis.4ᵃ.q.2.
Cõsensus solus expssus v̇bis de p̃nti:nũqd causet matrimonium.disputatur.28.Dis.4ᵃ.q.1.
Consensus coactus nũquid sufficiat ad ꝯhẽduʒ veꝝ matrimoniũ.disputat.29.Dis.4ᵃ.q.vnica.
Cõsensus sequẽs rõneʒ nõ erronea siue apphẽsionẽ nũqd reqrat ad ꝯtrm vi mr̃imoĩj.disputat .30.Dis. 4ᵃ.q.1.
Culpa nũqd ḋleat p sacrm pnie.disputat.14.dis.4ᵃ.q.4.

Dãnati nunquid appetant non esse pp fugiendã miseriam.disputatur.50.Dis.4ᵃ.q.2.
Damnificans alium in bonis persone.s. corporis vel anime nũquid teneatur restituere:ad hoc q possit vere penitere.disputatur.15.Dis.4ᵃ.q.3.
Damnificans aliquem in bono fame nunquid teneatur ad restitutionem:ita q vere penitere non possit nisi famam restituat.disputatur.ibidẽ.q.4.
De potentia ordinata dei.nunquid possibile fuerit aliam gratiam equalem gratie christi fieri. pertractatur .13. Dis.3ᵃ.q.1.j.G.
De credibilibus reuelatis vtrum necesse sit ponere fideʒ infusaʒ.disputatur.24.Dis.3ᵃ.q.vnica.
Diffinitio quibus entibus assignanda sit ⁊ qualiter fiat. pertractatur.1.Dis.4ᵃ.q.2.A.
Distinctio perfectionum essentialiuʒ in diuinis precedẽs omnem actum intellectus nunquid possit stare cuʒ simplicitate dei.disputatur.8.Dis.ꝑ.q.4.
Distinctio capitaliũ peccatoꝝ qualr fiat.pertractat.42. Dis.2ᵃ.q.4.T.
Demonstratio q ⁊ ꝓpter quid qd sit:⁊ qualiter fiat ⁊ de quibus.pertractatur resolute.7.q.q.A.
Deus vtrum sit vnus tantũ vel nunquid possint esse plures dij.disputatur.2.Dis.ꝑ.q.3.

Tabula Prima Materierū Disputatarū

Explicit Tabula Prima Materieꝝ Disputataruz a Subtilissimo Doctore Jo.Scoto.

Tabula diffinitionum Tertia in ordine: 7 diuisionum Quarta.

Hieronymi de Bonis Augurijs Tiburtini ad Lectorẽ Epigrãmas

Qui cupis oĩmodas Rex dignoscere metas:
Hunc lege preclaras nam docet Arte vias.
Que nobis Scotus perplexo Dogmate solers
Edidit. hec Fantis clarius edocuit.
Diffinit primum: variaqꝫ Indagine Formas
Diuidit. hac serie Dogmata aperta leges.
Hac Jouis eterni Celiqꝫ archana recludes.
Hac demum vnigeni Numina iura Dei.
Nec minus Anfractus boinũ Callesqꝫ Sophiste
Sentibus amotis omne patebit Iter.
Adde ꝙ hic Calami vitio mendosa legebas
Plurima: restituit Dextera Fantis Opus.

Ad Lectorem.

Jispositis in priori Sectione conclusionibus que ad questionũ decidendarum materias attinere
videbantur. dicendum modo arbitramur Lector Solertissime quibus Disciplinarum methodis
(quas Auerroes Doctrine vias ⁊ maneries appellitat) Subtilissimus Scotus altissimarũ que
stionum decisionem fuerit adeptus: ac quicq̃ absq; magno Ingenio ⁊ artificiosa indagine Docto
rem sensisse quispiam recenseret. Nã quom rationalis Anima triplici cognoscendi serie ad intelli
genda conuertatur: primum videlicet Diffinitione deinde diuisione: demumq; argumentatione a
notioribus ad ignotiora proficiscẽte: quo Verbũ ipsũ omni ex pte pfectũ a cognoscẽte ⁊ cognito
Auctore Augustino procreetur. quis in abditissimarum rerũ Perscrutatione Doctorem Subtilem hos Discipli
narum calles neglexisse putabit: quandoquidem in inuestigandis rerum Penetralibus. Ipse vigilantissimus innu
merabiles Entium Diffinitiones earumq; Diuisiones suis in Voluminibus explicuerit: tanq̃ promptissima Do
ctrinarũ primordia ad ipsas potiores Demonstrationes ex illis deducẽdas. Quãobrem quom oẽ cognitionis exor
dium a Diffinitione proficiscatur. hac iccirco tertia Portione quascunq; Scibilium Diffinitiones a Subtilissi
mo Doctore pertractatas annotauimus: tantam studiosis omnibus frugem allaturas: vt facillimus earum admi
niculo pateat aditus ad omnes Disciplinas capescendas. tam ad omnia Orthodoxe fidei scrutanda mysteria q̃
ad peripateticas Philosophorum contemplationes Aristotelis presertim ⁊ sui Commẽtatoris Auerrois. Neq;
a ratione alienum esse existimes: q̃ sepissime Scotus ipse Philosophi ⁊ Auerrois opinionem detestetur. quando
quidẽ minimus Christiane religionis Igniculus ⁊ Sintilla maioris esse debeat Certitudinis ⁊ Auctoritatis qua
cunq; Philosophorum peritia solo Sensuum opificio elucubrata. Amicus nanq; (veteri prouerbio) Socrates ⁊
amica Veritas: magis amica Veritas: Neq; putanda est maior hominis dementia q̃ hoc in seculo proprijs In
genij viribus adipiscendam sperare Felicitatem absq; supernaturali diuini Luminis illustratione: veluti vana exti
tit Auempace credulitas: posse arcbana Deitatis mysteria spiritali Entium a sensibilibus abstractione pertinge
re: nec minus possibilis Intellectuũ excogitata Copulatio more Dedali Auerroem fefellit. Nos ⁊ enim sub hac
nature lege Creator esse voluit: vt sensuum opera mundanorum Latitudinem Ratio penetraret: admirabili vero
Fidei suffragio Patrie supercelestis arcbana consequeretur: quorum sane omnium exquisitior Indago precipuas
Entium Diffinitiones expostulat: amplissimam quarum Copiam hac in tertia Sectione collocauimus: illis an
nectentes in quarta consequenti Particula Subtilissimas rerum Diuisiones ab ipso Doctore digestas pro dilue
dis Opponentiũ Cauillis: ipsa nanq; distinguendi Solertia respondentis est Clipeus munitissimus ad euitandas
Oppositorum fugas ⁊ sophisticas eorũ Importunitates. neq; immerito Scotus agnomen Subtilitatis vẽ
dicauit. quandoquidem plurimi Scotice opinioni aduersantes nonnullis (vt aiunt) Achillis Funiculis
Doctorem captiuare putant: ipsumq; insuperabili Distinctionum suarum Vigore vincula subter
labentem prospiciunt ⁊ deluduntur. Neq; in me quempiam succẽsere velim: ipsas rerum Diffi
nitiones ac Distinctiones ad Conclusionum Decisionem pertinentes his in posteriori
bus Tabule partib' disposuisse. quandoquidem diuersa sit Discipline tradite pro
cessus Ostensio ab ipsa peritie comparatione. non enim Scoticas Veritates
his in Sectionibus probare nitimur: sed quibus Doctrinarũ metho
dis ac principijs Doctor abundauerit ad Conclusiones deci
sas ostendimus. que quom pensitanti Animo
lectitaueris: infallibiles ipsius Pro
positiones ⁊ certissima Theo
remata clarius as
sequeris.
Vale.

Abstractio ultimata est quando ratio formalis alicuius consideratur secundum se preter quodlibet quod non includitur per se in illa. 5. Distin. p. q. 1. infra. A.

Abiectio propter peccata trāseuntia est reprobatio vel repulsio in voluntate diuina: ⁊ in peccatore ē relatio rationis vt obiecti vel reprobati ad talem vel talem penam ordinati. 14. Dis. 4ª. q. 1. G.

Acceptatio propter merita trāseuntia nihil est realiter nisi actus diuine voluntatis. ⁊ in isto ē tātum relatio rationis sicut in obiecto volito. ibidem.

Actus ultimus est cui non aduenit alius actus dans esse simpliciter. 9. q. q. ꝭ L.

Adoptare est aliquem ad hereditatem optare per nouū velle. 10. Dis. 3ª. q. vnica. D.

Affectio iustitie est qua voluntas p actū amicitie tendit in deū immediate vt est bonū in se. 26. Dis. 3ª. ꝭ. N.

Affectio commodi est qua voluntas per actum concupiscentie tendit in deum vt bonum huic. ibidē.

Affinitas est vinculum quōdam persone ad personam aliquam ex carnali copula cum persona alteri consanguinea contractum. 41. Dis. 4ª. q. 1. A.

Agilitas est habilitas in aliquo toto ad prompte mouēdum se scd̄m locum ex perfectione virtutis motiue anime ⁊ cōgrua dispositiōe corpis. 49. Dis. 4ª. q. 14. ꝭ. B.

Amicitia est virtus qua quis dat se ipsum proximo quantum potest se ipsum dare ⁊ inquantum potest proximus eum habere. 34. Dis. 3ª. L.

Ars est habitus cū recta rōne factiuꝰ. 38. Dis. p. q. vnica. F.

Aureola virginitatis est gaudium accidentale de sua innocentia. i. de nunꝗ̄ cecidisse in illud peccatum. ad qd̄ cōiter natura prona est maxime i adolescentia. 1. Dis. 4ª. q. 6. ꝭ. C.

Auersio est inordinatio voluntatis circa aliqd̄ ordinatum ad finē ex precepto diuino circa qd̄ deberet ordinari. 37. Dis. 2ª. q. vnica. E.

Auersio actualis a fine ultimo est actualis nolitio illius finis. 18. q q. Ce.

Auersio v̄tualis est acceptatio aliqua voluntatis incōpossibilis volitioni finis saltem efficaci vel consecutioni finis. ibidem.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta. 3. Dis. 4ª. q. 1. in exordio: ⁊ aliter sic.

Baptismus est ablutio hominis aliqualiter consentiētis facta ab alio in aqua simul verba certa cum intentiōe debita proferente significans efficaciter ex institutione diuina ablutionem anime a peccato. ibidem. E. ⁊ alr.

Baptismus est sacramentū ablutionis anime a peccato consistens in ablutione hominis aliqualiter consentiē tis facta in aqua ab alio abluente ⁊ in verbis certis simul ab eodem abluente cum debita intentione prolatis. ibidem. ⁊. 6. Dis. 4ª. q. xi. D. ⁊. ꝭ. E.

Beatitudo est bonum sufficiens excludens defectum vel indigentiam. ⁊ est bonum perfectum excludens imperfectionem seu diminutionem ⁊ est bonum ultimatū excludens tendentiam ⁊ ordinabilitatem ad aliud completius bonum. ⁊ est bonum quo habito bene est habēti. 49. Dis. 4ª. q. 2. r.

Beatitudo simpliciter est perfectio secūda immediate cōiungēs obiecto siue extrinseco perfectiuo nobilissimo. ibidem. Aa.

Beatitudo ſm quid est perfectio secunda coniungens obiecto minus nobili perfectiuo. ibidem.

Bonitas moralis actus est integritas omniū condictionum in actu ⁊ circumstantiarum ⁊ hoc precipue vt ille condictiones dictātur a recta ratione debere inesse actui. 17. Dis. p. q. 2. ⁊. 3. aliter sic.

Bonitas moralis actus est itegritas omnium eorum que recta ratio operantis iudicat debere ipsi actui cōuenire vel ipsi agenti in suo actu conuenire. 18. q. q. C.

Causa per se est que ſm naturam propriam ⁊ non ſm aliquod sibi accidēs causat. Causa vero per accidēs est econuerso. 2. Dis. p. q. 2. J.

Charitas est qua habens eam habet deum charum. 27. Dis. 2ª. q. vnica. A. ⁊. 28. Dis. 3ª. q. vnica. A.

Charitas est virtus affectiua perficiens voluntatem in quantum habet affectionem iustitie. 27. Dis. 3ª. q. vnica. ꝭ. A.

Charitas est amicitia dei vt in se bonum. 31. Dis. 3ª. qōne vnica. E.

Clauis regni celorum est potestas illa que est in sententiante que est immediate principium vel instrumentū sentētiandi que qdē snia dicitur apertio. 19. Dis. 4ª. A.

Concupiscibile est illud qd̄ est natum ex se esse conueniēs vel discōueniēs ita ꝙ nullo alio posito circa ipsū nisi sola apprehensione facta natus est sequi actus delectādi vel tristandi siue prosequendi vel fugiendi ꝗ̄tum est ex parte eius. 34. Dis. 3ª. F.

Cognatio spiritualis legalis est qōdam vinculum cōtractum ex dispensatione sacramentorum specialiter baptismi ⁊ confirmationis. 42. Dis. 4ª. q. 1. A.

Cognitio perfecta obiecti est illa qua obiectū attingitur sub perfecta ratione sue cognoscibilitatis ⁊ distincta. 14. q. q. C.

Cognitio imperfecta est illa qua obiectum per accidens attingitur vel tantum in aliquo conceptu communi ⁊ confuso. ibidem.

Cognitio distincta immediata est qua obiectum non mediante alio obiecto intelligitur per qd̄ vel in quo intelligatur. ita ꝙ hic excluditur medium cognitum: nō autem medium cognoscendi ibidem.

Cognitio obiecti in se est illa que nata est haberi de obiecto ſm ꝙ ē natū māifestare se itellectui ꝓportionato. 3. q. prol. A.

Cognitio obiecti in nobis est illa que nata est haberi in intellectu nostro de illo obiecto intellecto. ibidem.

Cognitio intuitiua est obiecti vt obiectum est presens in existentia actuali ⁊ hoc in se vel in alio eminenter continente totam entitatem ipsius. 2. Dis. p. q. 7. ꝭ. Fi. ⁊. 3. Dis. 2ª. q. 9. C. ⁊. 10. Dis. 4ª. q. 8. B.

Cognitio ſm speciē est notitia illius rei que cognoscitur in se. 50. Dis. 4ª. q. 3. B.

Cognitio abstractiua est notitia ipsius quiditatis ſm ꝙ abstrahitur ab actuali existētia ⁊ non existentia. ibidē.

Commutatio iconomica est quādo commutans intendit rem accipere pro qua commutat. vt non mercetur eo sed vt ea vtatur. 15. Dis. 4ª. q. 2. R.

Contractus est trāslatio non mere liberalis alicuius trāsferentis expectantis sibi reddi aliquid equiualēs ei ꝙ transfertur. 15. Dis. 4ª. q. 2. ꝭ. R.

Commutare quale quid in hoc aliquid est nihil aliud ꝙ̄ ex vi illationis interpretari illud habere rationem huius alicuius qd̄ habet rationem qualis cuius. 2. Dis. p. q. 7. ꝭ. Ji.

Conceptus simpliciter simplex est qui non est resolubilis in aliquos conceptus simplices quorū quilibet possit

Creare est aliquid de nihilo producere in effectu. 1. Dis. 2ª. q. 1. A.

Creatio est actio non concurrente alia causa alicuius generis nisi tantum primo efficiente ⁊ primo fine. 2. Dis. 2ª. q. 2. M.

Creatura ē res ab alio creata possibilis ⁊ finita. 1. q. q. A.

actu simplici distincte cognosci.2.Dis.p.q.2.D.idem.3. Dis.p.q.1.J..K.

Conceptus vniuocus est ille qui ita est vnus q eius vnitas sufficit ad contradictionem affirmando et negando ipsum de eodem.3.Dis.p.q.1.B.

Conceptus simplex sed non simpliciter simplex est qui potest concipi ab intellectu actu simplicis intelligentie.lz possit resolui in plures conceptus seorsum conceptibiles.ibidem.

Confirmatio seu sacramentum confirmationis est vnctio hominis viatoris aliqualiter consentientis vel libero arbitrio nunq vsi facta in fronte in figura crucis cu crismate sanctificato et hoc a ministro idoneo simul cu intentione debita inungente et verba certa proferente significans efficaciter ex institutione diuina vnctionē anime per gratiam roborantem ad confitendum cum cōstantia fidem christi.7.Dis.4i.q.1.A.

Cōsanguinitas est vinculū psonap ab eadē psona carnali propagatione descendentium.40.Dis.4i.q.1.A.

Compositio medij ex extremis est conuenientia quedam naturalis medij cum extremis que non est extremi ad extremum:non ita q media qualitas habeat extrema partes sui.15.Dis.2i.q.vnica.B.

Continere primo virtualiter est ab aliqo non dependere in continendo sed alia ab illo.3.q.prol.j.B.

Contingenter causatum non est qocunq non sempiternum vel non necessarium.sed cuius oppositum potest fieri quando illud fit.2.Dis.p.q.2.j.R.

Continuū est illud cuius motus est vnus fm se.20.q.q.F.

Conueniens aptitudinaliter est qd conuenit alicui ex se et qtum est ex natura rei.1.Dis.p.q.4.N.

Corruptibile potentia remota est qd hz in se vnde possit dici corruptibile. non tamen potest exire in actum nisi prius fiat in potētia propinqua.22.Dis.3i.q.vnica.G.

Corruptibile potentia propinqua est qd habet materiaz contractam pro esse existentie.ibidem.

Depēdentia aptitudinalis est illa que qtū ē de se semp esset in actu nisi esset ipedita:quomodo graue aptū natū est eē in centro vbi semper esset qtuz est de se nisi impediretur.1.Dis.3i.q.1.E.

